

70
 & 6. Felin. 2.2. & Marian. Socin. in c. Licet in 10. art. princ. infra eodem. Movetur omnes per hanc Decretalem à contrario sensu; alias enim nimis restringeretur, cum loquitur ut indebiti per illa verba alterius jurisdictionis esse capiti. Nec obstat textus in dicta lege 2. quia dum loquitur de domicilio quod reus habuit tempore contractus: intelligi debet de contractu ibidem celebrato. Neque hic intellexus, ut dicit Imola, est derivativus; quia, ut responderet Arerius: non est inconveniens, ut indebita illius legis determinetur per hoc capitulum; & ita illa lex loquitur in casu Speculatoris, de quo supra num. 8. prout illam intelligunt ibi Cimus Salicrus & Paulus de Castro; & hæc videtur fuisse mens Bartoli: licet loquatur nimis generaliter. Tantum enim dicit reum posse conveniri in loco ubi habebat domicilium tempore contractus: licet domicilium mutaverit; nec addidit, etiam si ibi non contraxerit; sed alio pro ut illi imponit Imola: unde illius dictum, quamvis generale, restringi debet ad casum contractus in loco domicilii: sicut restringitur reus non possit conveniri ubi contraxit; cum litera ibi tantum faciat mentionem de domicilio prædicti & de illo quod habebat tempore contractus; cum tamen foris contractus sit principaliter respectu conventionis. Item hoc esset reo admodum grave, quia conveniri posset in triplici foro: videlicet ubi contraxit, ubi nunc habet domicilium & ubi domicilium habuit tempore contractus. Ad demum propterea in prædicto casu Speculatoris reus conveniri potest in loco domicilii ubi contraxit, quia ibi fornicatur duplicem forum & ad remotionem hunc non sequitur remotio alterius, ut prædixi. Sed in hoc posteriori casu in loco domicilii non habet nisi unicum forum, cum contractus non fuerit inibi celebratus: unde translatio domicilii nullus foris ibi remanet; & consequenter amplius ibi conveniri non potest: nisi præcesserit citatio juxta textum hic. Foris itidem originis immutabilis est, ut lege penultima & finali, cod. de municip. & originar. lib. 10. lege Felii, §. ultimo, ff. ad municip. lege Domicilium, ff. eodem & lege Senatores; & ibi glossa, ff. de Senatoribus. Fallit si Civitas passa sit aratrum ut Carthago, quia desinit esse civitas, ut lege Si usufructus civitati, ff. Quomodo usufructus amittatur. Item fallit in muliere qua Matrimonium contrahit; nam foris forum viri & in foro originis amplius etiam aliquibus vel potest, ut lege finali, §. Item rescripterunt; & ibi Bartolus, ff. ad municip. nisi in foro originis causa sit præventa, ut lege Cum quædam puella, ff. de jurisdictione omnium Judicum; & hic notant Bartrius num. 12. Abbas & Marianus Socinus ambo num. 7. Et ex his concludit hanc Decretalem habere locum duntaxat in subdito ratione domicilii qui desinit esse subditus & efficitur de jurisdictione alterius per translationem domicilii; non autem in subdito ratione contractus vel ratione originis proprie vel paternæ. Quod tamen limitant Doctores, nisi præter mutationem fori contingat etiam mutatio status personæ, ut in laico effecto Clerico, quia tunc coram primo Jure contractus vel originis conveniri non potest. Ita Jacob. Batrig. in lege Quisquis illa secunda, cod. de Episcopis & Clericis per illum textum cum ibi notatis, ubi nulla alia ratione Princeps laicus prohibetur fieri Clericus post finitum Officium ante redditam administrationem: nisi quia post Clericatum coram Jure Ecclesiastico esset conveniendus; & sequitur Felinus post alios hic num. 1. Sed hæc non est proprie limitatio ad regulam superius propositam, quia per mutationem status non mutatur forus; sed mutatur Jure; nam laicus Bononiensis effectus Clericus poterit conveniri Bononiæ sicut prius; sed non poterit amplius conveniri sub Jure laico & sic habebit declarationem Jure, sed non fori. Ita singulariter declarat Baldus in Authentica Quia in Provincia num. 6. versiculo Quinto oppono, cod. Ubi de crimine agi oportet: dicens hoc esse valde notabile.

25 Ultimo nota ex textu mutationem fori post citationem non obstat, quominus citatus teneatur coram primo Jure causam prosequi, ut hic decidit & potest multipliciter poni casus secundum Hostiensium in principio, Joannem Andream num. 2. Collocat. in principio, Bellameram num. 1. Bartrius num. 7. Abbatem num. 13. & latissime prosequitur Marianus Socinus in decimo quinto articulo principali à num. 45. Primum enim casus formari potest in laico qui conventus & citatus coram Jure seculari postea factus est Clericus; non enim in causa illa potest declinare forum Jure laici; quemadmodum potest in causa in foro laico per citationem non esse præventa, ut cap. 1. & 2. de cap. Si diligenti supra eodem. Sed an hoc sit verum & an vendicat sibi locum in causis tam civilibus quam criminalibus; & tam respectu executionis realis quam personalis: plene examinatio in cap. unico in 4. questione à num. 41. usque ad num. 77. supra de obligat. ad rationem. Secundo ponitur casus in Clerico qui citatus coram Episcopo postea de illius consensu ad aliam Diocesim vel Ecclesiam se trans-

tulit, ut cap. Admonet supra de renunciat. Quod intelligit quando erat subditus ratione domicilii vel Beneficii, locus si ratione originis; cum ille foris sit immutabilis, ut dicit supra num. 21. & declarat Abbas hic num. 13. versiculo Secundo Tertio ponitur casus in Clerico in minoribus Ordinibus constituto, qui post citationem Jure Ecclesiastico uxorem duxit; nam si habitum & tonsuram non deserat, perdit privilegium fori tam in civilibus quam in criminalibus, ut in cap. unico de Clericis conjugatis lib. 6. unde coram Ecclesiastico conveniri potest ratione præventionis duntaxat, ut hic. Secus si incedat in habitu & tonsura, quia tunc etiam cessante præventionis: conveniendus erit coram Ecclesiastico, ut in dicto cap. unico: dummodo tamen hodie alicujus Ecclesie servitium vel ministerio ab Episcopo deputatus, eidem Ecclesie serviat vel ministret, ut statuitur Decreto Concilii Tridentini in cap. 6. versiculo In Clericis vero conjugatis, sess. 23. In Civitatibus autem conveniendus erit coram Ecclesiastico, ratione præventionis tantum juxta textum hic, ut per Abbatem num. 13. versiculo Tertio; sed cessante præventionis Jure laicus in civilibus poterit cognoscere & pronunciare: dummodo tamen ablineat ab omni personali diffinitione, ut latissime consultat Lapis allegatio 118. incipiente Quæritur non leviter. De communi Covarr. Pract. quæst. cap. 31. num. 7. Quod procedit, etiam si talis Clericus habeat requisita Concilii Tridentini, ut jam pridem censuit Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpretans eam propositio dubio in causa Andriani, an Clericus conjugatus habens qualitates requisitas tam Constitutione Bonifacii VIII. que incipit Clerici qui cum unice, quam Decreto Tridentini Concilii, cap. 6. sess. 23. gaudeat privilegio fori etiam in civilibus. Die 13. Februarii 1610. Sacra Congregatio cui interfuerunt S. R. E. Cardinalis Camerinen. de Monte, Aquaviva, Platrus, Mantica, Nazareth & Millinus, nemine discrepante, censuit hujusmodi Clericum conjugatum non gaudere privilegio fori in civilibus ubi de hujusmodi non agitur. Ceterum Clericum talem non posse ob hujusmodi causa civiles personaliter distinguere aut in carcerem committi; nam etsi Lapis allegatio cui communiter adhererunt Domini, in subtiliori disputatione aliquid posset habere difficultatis: tutius tamen putant à recepta Doctorum sententia, in hac materia non recedere, quia tamen in nonnullis locis fertur vigere consuetudo quæ Clerici hujusmodi aliquibus qualitatibus requisitis carere gaudent privilegio fori tam in civilibus quam in criminalibus: nihil vilius esse decernendum aut edendum, nisi prius specialis disputatione deliberetur; an hujusmodi consensu factus Clericus conjugatus magis quam Constitutio Bonifacii & Concilium Tridentinum sit valida & observanda.

In casibus ergo supra dictis & aliis consimilibus legitime citatus coram primo Jure non poterit illius jurisdictionem declinare, ex eo quod postea alterius fori esse coeperit, & ita hic est casus secundum omnes.

Nono, Exemptionis privilegium eximit universim à jurisdictione Jure ordinarii, cap. Frater noster & ibi glossa in ver. Aliquid 16. quæst. 1. & cap. Cum capella infra de privilegiis. Item privilegium superveniens tollit vinculum obligationis jam contractæ cap. Ex antiquis, cap. Fraternitatem & cap. Si servus 54. distincti. Ergo multo magis extinguere debet actum non consummatum, sed tantummodo initiatum per citationem: si enim solvit jam contractum, foris impedit contrahendum. 1. Uranus, ff. de pæd. jussor. Præterea quando actus non est momentaneus, sed habet tractum successivum, privilegium ante actum consummatum superveniens pro futuro tempore operatur effectum suum, ut leg. Fiscus, ff. de jure hie. l. Cum quid, §. Fiscus, ff. de jur. & l. Loque, Cod. de restitu. in integro.

Solutio. Per actum citationis privilegium est præventum & propterea non suffragatur, ut l. Tutor ff. de excus. tutor. secundum Hostiensium. hic num. 2. Joan. Andr. num. 4. Bellam. in 4. notab. & Butr. num. 20. Vel secundum Anchar. sub n. 5. contraria locum habent in re, sive divisibilibus, ut alia consideratio habeatur pro tempore præterito & alia pro futuro. Hic autem agitur de actu indivisibili, quia instantia Jure non debet dividi; sed ibi finem accipere: ubi initium habuit: lege Ubi captum, ff. de judiciis & Authentica Quis simul, Cod. quomod. & quand. jud. & est ratio quia in judicio quasi contrahitur, ut l. 3. §. Idem scribit, ff. de pecul. unde sicut ex contractu vero non potest alter ex contrahentibus rescire altero invito, ut l. Sicut, C. de action. & oblig. ita nec ab illo quasi contractu per citationem initiatum potest citatus se subtrahere per mutationem fori, ut hic. Generaliter autem privilegium, vel jus superveniens liberet quem ab onere, anve profit quoad obligationes contractas, vel jura in judicio deducta, distinguendo ut hic plene per eundem Anchar. numer. 5. vers. Et tamen latius.



DE LITIS CONTESTATIONE.

Gregorius IX. Abbati S. Joannis in Vineis.

CAPUT I.

Olim inter Episcopum Novientem ex parte una & Capitulum Ecclesie sancti Quintini ex altera, super quibusdam injuriis, & excommunicationum sententiis, & quibusdam aliis articulis orta materia questionis: & infra. Judices factis quibusdam positionibus & responsionibus ad easdem: auditis etiam quæ partes voluerunt proponere coram eis: causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra presentia constitutis, quamvis positiones & responsiones hinc inde super pluribus articulis factæ fuerint coram iudicibus memoratis: quia tamen liti contestationem non invenimus esse factam, cum non per positiones, & responsiones ad eas, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem secutam liti contestatio fiat, processum ipsorum, de fratrum nostrorum consilio, irritum duximus nuntiandum.

SUMMARIUM.

- 1 Univerfitas, vel Collegium non potest excommunicari.
- 2 Excommunicatio lata in Capitulum, an teneat.
- 3 Litis contestatio fit per petitionem in jure propositam & per responsionem secutam.
- 4 Litis contestatio quid sit. Latè discutitur usque ad numer. 44.
- 5 Litis contestatio est fundamentum judicii & liti exordium.
- 6 Liti nota non dicitur ante liti contestationem.
- 7 Instantia causarum ante liti contestationem non currit.
- 8 Principium est potissima pars cuiusque rei.
- 9 Litis contestatio est latis angularis judicii.
- 10 Processus sine liti contestatione est irritus.
- 11 Sententia lite non contestata est ipso jure nulla.
- 12 Nec est excipienda, etiam si lapsa sit fatalia.
- 13 Litis contestatio non inducitur per narrationem factam in libello sine petitione & conclusione.
- 14 Nec per productionem actorum, si nulla appareat petitio.
- 15 Judicium, petitione omisso, est nullum.
- 16 Actor admitti non debet ad litigandum, nisi libello in scriptis correcto & num. seqq.
- 17 Litis contestatio non fit extra judicium.
- 18 Libellum non sufficit transmitti ad domum rei, nisi petitio posita in judicio rejiciatur.
- 19 Arbitraria Edicta sunt admissa judiciorum.
- 20 Litis contestatio fit coram arbitris juris & habet omnes effectus contestationis vera, vel interpretativa.
- 21 Secus coram arbitratoribus.
- 22 Petitio sola liti contestationem non inducit, nisi sequatur responsio rei.
- 23 Litis contestatio non oritur, nisi responsio rei sit relativa ad libellum.
- 24 Et sufficit responsio juris.
- 25 Actio quid sit.
- 26 Litis contestatio an fiat si reus neget narrata, prout narratur esse vera.
- 27 Et quid si productis iuribus & parte citata rei procurator alleget generalia contra.
- 28 Et quid si reus respondeat, tu mentiris.
- 29 Legibus & non convitis certandum est, ibid.
- 30 Exhereditatio valet, licet fiat verbis contumeliosa & turbulenta.
- 31 Litis contestatio an inducatur per confessionem rei.
- 32 Sententia definitiva non fertur si reus confiteatur ante citatum libellum, sed fit et præceptum ut solvant infra certum tempus.
- 33 Confessio facta animo declinandi jurisdictionem, non inducit contestationem liti.
- 34 Secus si animus litigandi post oblatum libellum.
- 35 Litis contestatio mirabilis ex Hostiensium.
- 36 Confessio rei in figura judicii, an in dubio liti contestationem inducat.
- 37 Litis contestatio fit per responsionem datam ad libellum partim confitendo & partim negando.
- 38 Litis contestatio fit per responsionem rei datam ad libellum etiam auctore absente & ex intervallo, nec verba sunt necessaria.
- 39 Et quid si actor post responsionem rei non compareat, nec prosequatur.
- 40 Litis contestatio dependet ab animo rei.
- 41 Nec inducitur, nisi responsio fiat propositio litigandi & num. seqq.
- 42 Contestari quid sit.
- 43 Contestandi animus præsumitur, ubi verba contestationis sunt apta, nisi contrarium appareat per præstationem.
- 44 Verbo non præsumitur quis exprimere, quod mente non cogitavit.
- 45 Litis contestatio non inducitur per positiones & responsiones datas ad eas & num. seqq.
- 46 Ponens nihil petit, sed factum narrat.
- 47 Sententia debet esse conformis non positioni, sed petitioni.
- 48 Positiones fieri possunt etiam ante liti contestationem.
- 49 Litis contestatio an fiat per generalem positionem & responsionem rei.
- 50 Positiones cur in judicis introductæ & num. 90.
- 51 Positio generalis nunquam inducit contestationem liti, nisi positionem habeat admixtam.
- 52 Articuli conclusivi sunt loco libelli & per responsionem nem datam ad illos oritur liti contestatio.
- 53 Positionis definitio, quo fit de illius substantia latè discutitur in fin.
- 54 Definitio non est bona si conveniat alii à definito.
- 55 Positiones in causa fieri possunt tam per actorem, quam per reum, & num. 89.
- 56 Definitio auctoris ponitur, & per partes explicatur, usque in fin.
- 57 Positiones in quo differant ab interrogatoriis.
- 58 Actor sicut per responsionem rei, ita & reus per positionem actoris relevatur ab onere probandi.
- 59 Judicium non debet claudicare, & num. seqq.
- 60 Interrogatoriis principale negotium tangenticus non cogitur pari respondere, nisi dentur dispositiva medio iuramento per modum positionum.

76
 conf. 167. Dominus Rex. num. 5. Plac. Bart. conf. 193.
 Communis Lucigiani num. 3. vers. Super tertio lib. 1. Idem
 que dicitur si sint impliciter, equivoca, captiose vel
 alternative, ut in gloss. prædictæ in d. cap. 2. de quibus
 causis die, ut plenè per Bald. in prædicta Decretali, Da-
 dum num. 54. & 199.
 77 Tertio dixi, scilicet, quia non admittitur positio iura, id
 est, de casu legis secundum Jacobum Butrigarium in l. Unica,
 C. eodem, & idem de casu gloriæ, si deitæ textus; quia non
 est in potestate respondentis dubia juris interpretari, ut Bald.
 inquit in d. cap. Dudum num. 55. Nam quæ sunt juris com-
 munitis, nec sunt probabilia, nec probanda, quia jus certum
 est, & per contrariam positionem vel confessionem alterari
 non potest, leg. Ornamentorum, ubi, nec errorem heredis jus
 mutasse respondit, ff. de ver. & argen. legata. Signorol. de
 Homodis conf. 165. numer. 3. Unde si ponam minorem
 quatuordecim annis ætatis posse, & tu respondeas, credo,
 talis responsio est nulla, & non præjudicat, ut notat Bart.
 in leg. 2. num. 12. ff. de confess. facit secundum eum leg. In
 confessionibus, §. de interrogat. actio. & quod not. Cod.
 eodem leg. 1. ubi, nisi jus, vel natura repugnet.
 80 Verumtamen super iure consuetudinario valet positio,
 & confessio, ut per Bart. Bald. & Signorol. locis citatis.
 Item valet super iure municipali, vel aliqua Extravaganti,
 ut per Bart. in dict. leg. Ornamentorum num. 3. ff. de aur.
 & argen. legata.
 81 Quarto dixi, pertinentis, quia positio non debet esse im-
 pertinentis, ut notat Joan. Monach. in cap. 1. num. 2. de
 confess. lib. 6. gloss. in cap. 2. in ver. Absque rationabili
 causa, eodem tit. & lib. & Bart. in leg. Ubicumque num.
 13. ff. de interrogat. actio. Intellege, si sit impertinens
 omnino, puta quod Rex est in Francia, ut exemplificat
 Bald. in dict. cap. Dudum num. 13. de elect. & Petr. de
 Anchar. in dict. cap. 1. num. 4. vel: Peto à te centum ex
 causa mutui, & pono quod Rex Parthorum vivit secundum
 exemplum Bartoli loco citato. Vel si agens interdicto, unde
 vi, faciat petitionem de proprietate, leg. Momentanea, C.
 qui legit. person. Bald. in dict. cap. Dudum num. 47. Sed si
 non est omnino impertinens debet responderi, ut tenent Ja-
 cob. de Arena, Cyn. & omnes in leg. 2. §. Quid observari,
 Cod. de iurjuram. teste Bald. ubi supra. Dicitur autem per-
 tinentis quilibet positio, quæ causæ adaptari potest, sive ad
 causam faciat directe secundum Joan. Monach. in dict. cap.
 1. num. 2. de confess. lib. 6. & ibi Prob. num. 4. & Bald. in
 leg. Si duo, §. Item Julionis, vers. Ultimo nota, ff. de iur-
 juram. Item pertinentis dicitur positio omnis, quæ venit in
 auxilium causæ ejus, qui ponit: & hanc regulam ponit Bald.
 in d. e. Dudum eodem num. 47. vers. Et nota istam regulam
 & est et ex mente glossæ primæ in dict. cap. 1. de con-
 fess. lib. 6. in vers. Scias autem. Item positiones, quæ ali-
 quod administraculum conferunt, pertinentes dicuntur, ut notat
 Bartol. in dict. leg. Ubicumque num. 13. ff. de interrogat.
 actio. Bald. in l. Ad probationem, la prima, Cod. de prob.
 & sufficit ut qualitercumque administraculum evam ex
 levi presumptione, ut idem dixi in cap. Licet casum nu.
 33. Ex prædictis apparet de probat. allegat. Jacobum Butri-
 garium in l. Incerta, C. de interdictis, & sequitur Philip.
 82 Probat ad Monach. in dict. cap. 1. num. 5. de confess. in 6.
 Sed si statim apparet impertinens, non debet responderi se-
 cundum Bald. in cap. Dudum num. 47. Sin autem sit dubium,
 & altioreem requirat indaginem, responderi debet, salvo iure
 impertinentium, & non admittendarum positionum, & notat
 glossa Bernardi in cap. Cum contingat in ver. Nihilominus
 supra de offic. Deleg.
 84 Quinto dixi, ad causam, id est, civilem, quia in crimi-
 naliibus non sunt positiones, Arcid. in cap. Ex penitentibus
 num. 6. 50. distict. etiam extant iudicia ad torturam: non
 enim sunt positiones, sed reus per iudicem interrogatur,
 Baldus conf. 326. Acharus positio, vers. Si verò respondeat
 lib. 2. & ideo in criminalibus recusans positionibus respon-
 dere, non habetur pro confesso, Minsinger. respons. 21. n.
 10. Capic. decis. 60. num. 2. nam positio criminose regu-
 lariter non est respondendum, cap. Quis aliquando, §. Item
 illud, ubi, non fiat dico ut te prædas in publicum, neque te
 opud alium accusas, de penitent. distict. 2. gloss. in cap. 2.
 in ver. Absque rationabili, de confess. lib. 6. Jason post alios
 in lig. Transactioe finita in ult. notab. Cod. de transact. non
 enim obijciens crimen relevari debet ab onere probandi, ut
 plenè per Bald. in leg. 2. §. Quid observari num. 23. vers.
 Item non tenetur, C. de iurjuram. Circa quod multum in-
 dultit Innocent. in dict. e. Dudum supra de elect. & Abb. in
 cap. 2. de confess. Vide Gregor. Natram in Clem. Sape, §.
 Et quia, vers. Ergo glossa prima col. 7. de verb. signif. ubi
 ponit regulam negativam, & limitat octo modis.
 85 Sexto dixi, medio iuramento, propter ea, quæ habentur
 in cap. Præsentium, de testib. lib. 6. ubi Recepto iuramento
 de veritate dicenda in iungas distict. Abbati, & Priori ut tam
 ponendo, quam respondendo dicant veritatem, & ideo po-

neat contraria, perjurus est, e. Com in positionibus, de iur-
 juram. vid. lib.
 Septimo dixi, inscriptis exhibitis, quia positiones sunt
 in scriptis ostendende iudici, ut videat, an sint impertimen-
 tes, impossibiles, captiosæ, &c. ut dicit glossa magna in c.
 1. vers. Et exhiberi debent in actis, ut in d. Clem. Sape, §.
 Verum, de verb. signif.
 Octavo dixi, per responsum adversarii, quia ad posi-
 tiones pars respondere debet, non autem Advocatus, in cap.
 1. ubi, per confessionem adversarii, & d. Clem. Sape, &
 §. Et quia, ubi, propter partium confessiones, & notat glo-
 sa prima in d. cap. 1. ante mediam, vers. Ad positiones ad-
 verari respondere debet pars, Quo imo, ut subjicit glossa, so-
 lent cauti iudices tunc respondentes Advocatos expellere.
 Quod tamen intellige verum, si ponens petat, ut per ipsum
 adversarium respondeatur, ut Praxis observat Advocatos
 positionibus responderi potest tam per seipsum, quam per
 Procuratorem, ut est textus in cap. 2. ubi, reus, vel Pro-
 curator ipsius, de confess. lib. 6. & tradit Bald. conf. 222.
 Statuto cavetur lib. 1. Mulier tamen, & sufficiens respon-
 dere debent positionibus cum presentia Advocati, vel Pro-
 curatoris, ut per Joseph. Ludov. de off. Verus. 81.
 Nono dixi, ad interrogatum iudicis, quia iudex, non 88
 pars debet aliam partem interrogare super positionibus: tex-
 tus est in d. c. 2. ubi interrogatus, iussuque à iudice res-
 pondere, ubi gloss. in ver. Iussuque, & Franc. num. 6. In
 Curia servatur, ut Notarius interroget ex commissione iu-
 dicis: & vide Sardum conf. 360. num. 29.
 Decimo dixi, pars, non autem actor, quia positiones 89
 fieri possunt tam ab actore, quam a reo, dicit Clem. Sape,
 §. Et quia, de verb. signif. & distict. cap. 1. ubi glossa
 magna post princip. vers. Cum positio etiam fiat per ream:
 & dixi supra in tertio notab. vers. Tertia denique ratio num.
 47. & 54.
 Ultimo dixi, relevatur ab onere probandi, quia ad hoc 90
 positiones vius longævus admisit, ut dicitur in dict. §. Et
 quia, & sic differunt ab articulis secundum Joannem Andr.
 in cap. Præsentium, de testib. lib. 6. & Bald. in cap. Du-
 dum, in secundo num. 46. de elect. quia positio fit ad hoc,
 ut ponens per confessionem partis ab onere probandi rele-
 vetur, leg. Eum qui in primo respon. ff. de iurjuram. & distict.
 cap. 1. de confess. lib. 6. & notat Bartol. in leg. Ubicumque
 num. 17. ff. de interrogat. actio. Articulus vero fit ubi-
 cumque est necessaria probatio. Dicitur enim articulus pars
 intentionis continens id, quod actor probare intendit, ut in-
 quit gloss. in dict. cap. Præsentium in ver. Articulus: & hinc 92
 resultat alia differentia: nam testis super articulis debet de-
 ponere de scientia per sensus corporeos, non autem de cre-
 dularitate, ut l. Qui testamento, §. fin. ff. de testam. & l.
 prima in fine, ff. de hi, qui in testamento de len. Bart. in
 leg. Quid tamen, §. Si arbitri num. 3. ff. de iurjuram. & notat
 Cardin. in cap. Cum casum num. 3. & 4. infra de iur-
 ram. calumnia. At vero pars respondere potest positionibus per
 verbum credit, vel non credit, ut per Card. ubi supra,
 Franc. in cap. 1. num. 9. de confess. in 6. & ibi etiam Prob.
 ad Monach. num. 10. Et quamvis glossa magna in dict. cap. 1.
 circa finem, vers. Ad illas positiones, dicit ad positiones
 responderi de veritate, vel credulitate habita distinctione
 an de veritate, vel calumnia sit juratum, ut in cap. 2. de test.
 ibi lib. 6. & Bald. in dict. cap. Dudum n. 11. dicit in
 facto proprio respondendum esse positionibus per Scio, id
 est, veritatis verbum, ut leg. Marcellus, ff. rer. amotar.
 & leg. Res, ff. de crimin. expil. hered. in aliois, per cre-
 do, vel non credo, cap. Cum ad Sedem infra de test. Spo-
 liat. tamen in practica communiter servatur, ut indistincte
 admittatur responsio per verbum credit, vel non credit, ut
 hic per Abbatem num. 20. vers. Quis in positionibus: hodie
 sufficiens est talis modus, & Marian. Socin num. 84. eodem
 vers. Et responderi solet, & credit ut ponitur, vel non credit,
 ut ponitur, Alexand. conf. 13. Ex iis que in princip. lib. 24
 1. Adverte tamen, quia hæc differentia est nominis tantum:
 nam responsio quæ fit positionibus de credulitate, habetur
 pro veritate in prejudicium respondentis, de quo habet
 glossam in cap. Ex litteris infra de iurjuram. in ver. Veri-
 tate, ubi, Quia aquò præjudicat confesso de credulitate,
 sicut de veritate. Quam glossam ad hoc reputat singularem
 Cardin. & Prob. loci citatus, Bart. de Belezemis in rubric.
 de probat. & Philip. Franc. in cap. 1. supra de iudic. Idem
 tenet Feder. de Senis conf. 23. Titus electus in fine, vers.
 Secundo iuror, Bald. conf. 225. Quæstio est de terra in fine
 lib. 1. Riminald. conf. 203. Visio processus in princip. lib. 2.
 Dec. conf. 647. Requisitus num. 6. & Cornueus conf. 305.
 Circa primam nu. 5. lib. 3.
 Cæterum hoc intellige verum quantum ad hoc, ut ponens 95
 relevetur ab onere probandi, non autem quoad hoc, ut in-
 curratur perjurium ex tali responsione, sicut ex responsione
 de veritate, neque quoad alios effectus, ut notabiliter de-
 clarat Calder. conf. 152. aliis 4. de confess. & consensit
 Bald.

Bald. conf. 299. Proponitur lib. 5. ubi firmat non posse in-
 quiri de falso eum, qui falsum dixit per iuramentum calumnie
 respondens positionibus. Ego verò de hoc valde dubito,
 quia cum hodie communiter non fiat responsio, nisi per ver-
 bum credit, vel non credit; sicut ponens falsum incidit in
 perjurium, ita & respondens, ut sic in iudicio servetur æqua-
 litas secundum ea, quæ dixi supra num. 59. Ad hoc c. fin.
 de iurjuram. lib. 6. ubi tam ponens, quam respondens contra-
 ria post iuramentum in causa prælitum perjurus dicitur, nec

distinguitur, an responsio sit de credulitate, vel veritate.
 Hinc gloss. 1. in dict. cap. 1. de confess. lib. 6. vers. Scire
 tamen debes, postquam docuit Advocatum, qui docet fal-
 sum respondere teneri adversario illius damnæ refecturæ, quæ
 inde periculis, ut Sape 50. distict. cap. ult. de iurjuram. leg.
 Quis occidit, §. ult. ff. ad leg. Aquil. subdit immediatè; 97
 solent Advocati dicere clientulis, si hoc confitearis, causam
 perdes; nec dicunt, si negaveris, animam perdes, esp.
 Mattheus in fin. de simon.



DEFERIIS.

Clemens III. aliàs Cælestinus.

CAPUT IV.

Capellanus tuus, frater Episcopo, coram nobis ex parte tua proposuit, quod
 cum statuta Canonica declarent, nuptias tribus septimanis ante festum Nativi-
 tatis Beati Joannis Baptistæ minimè celebrari debere: quidam hebdomadas illas,
 absque interpellatione continuandas intelligunt. Alii verò inter festum & ipsas vo-
 lentes facere intervallum, illud tamen dicunt ob reverentiam Felicitatis Pentecostes
 fuisse statutum: quæ in septimanis istis solet intervenire quandoque: & sic à
 tribus diebus Rogationum ante Ascensionem Domini inchoantes, usque ad octavum
 diem post Pentecostem (illis hebdomadis computatis) illo tantum spatio temporis
 celebrari nuptias non permittunt, earum celebrationem ab indè nullatenus inhi-
 bent. Quia ergò consulti fuimus, utra istarum opinionum potior videatur: nobis &
 fratribus nostris apparuit, quod licet ea sit Romanæ Ecclesiæ consuetudo, ut quo-
 cumque tempore Matrimonium contrahatur, consensu interveniente legitimo
 præsentis: quia tamen à Septuagesima usque ad septem dies post Pentecosten cele-
 brari nuptiæ non sinuntur; & postea etiam tribus septimanis, vel pluribus ante Fel-
 citatem sancti Joannis, sine differentia celebrantur: posterior sententia meliori &
 subtiliori nititur ratione; & sive secundum Cāones à Septuagesima usque post oc-
 tavas Paschæ; sive iuxta consuetudinem Ecclesiæ Romanæ usque post septem dies
 Festi Pentecostes (quod caret octavis) nuptiæ suspendantur; in Dominica quæ se-
 quitur, & deinceps possunt licitè celebrari.

SUMMARIUM.

- 1 Declaratio dubii ardui, & difficilis circa intelligentiam Canonis à Sede Apostolica petenda est.
- 2 Matrimonium coram Parocho sine celebri solemnitate contrahi potest etiam temporibus ab Ecclesia interdictis & numer. 11.
- 3 Opinio melioribus rationibus faveat eligenda est in concursu opinionum, etiam si opposita sit communior.
- 4 Nuptiarum solemnitates quibus temporibus iure veteri prohibentur.
- 5 Et quibus iure novissimo Conc. Trident.
- 6 Nuptiarum benedictiones fieri non possunt temporibus ab Ecclesia interdictis, & est culpa mortalis huic præcepto

- 7 Item prohibentur his temporibus nuptialia convivia & numer. 11.
- 8 Item traditio uxoris ad dominum viri, etiam si fiat privatum, ac sine solemnitate num. 10.
- 9 Item carnalis copula num. 11.
- 9 Nuptiarum solemnitates cur certis temporibus sint prohibita.
- 12 Toletani Concilii decretum prohibens carnalem commixtionem, & alias nuptiarum solemnitates temporibus ab Ecclesia interdictis, referatur.

Capellanus. Tres septimanas, quibus canon prohibet fieri nuptias ante festum S. Joan. Baptiste, non continuantur festo, sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duabus sequentibus. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes. Communis divisio. Secunda ibi, Quia igitur.
 Nota primò ibi, Consulti fuimus, utra istarum opinionum potior videatur, quoniamque ardua difficultas emergit circa intelligentiam Canonis, & utrinque sunt opinionem, ad Sedem Apostolicam per declarationem esse recurrendum. Concordat cap. Per venerabilem, §. Rationibus infra qui fil. sicut legit ubi dicitur: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris, & iudicium inter portas iudicis ver-
 Fagnanum in II. Lib. Decretal.

controversie.
 Item prohibentur his temporibus nuptialia convivia & nu-
 mer. 11.
 Item traditio uxoris ad dominum viri, etiam si fiat priva-
 tum, ac sine solemnitate num. 10.
 Item carnalis copula num. 11.
 Nuptiarum solemnitates cur certis temporibus sint prohi-
 bita.
 Toletani Concilii decretum prohibens carnalem commixtio-
 nem, & alias nuptiarum solemnitates temporibus ab
 Ecclesia interdictis, referatur.
 tate; venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem,
 qui fuerit illo tempore, qui indicabunt tibi iustitiam veritatem,
 & facies quæcumque dixerint qui præsumt loco, quem ele-
 gerit Dominus, id est, Sedem Apostolicam, ut ibi exponitur
 ad idem text. in l. ult. C. de leg. & adde quod in propo-
 sito scripti in cap. Cum venissent num. 22. & 42. supra de
 iudic.
 Secundo nota ibi, quocumque tempore contrahatur, Ma-
 trimonium ipsum legitimum interveniente consensu, ac sine
 celebri solemnitate contrahi posse etiam temporibus ab
 Ecclesia interdictis: nam verb. Contrahatur, hic positum
 exponitur ab Innocent. id est, contrahi liceat. Et quamvis

74 sit per narrationem, & petitionem in iure ex parte actoris... 39 Octavo & ultimo sequitur in definitione animo litigandi...

liti contestationem. Idem habetur in dicto cap. Dudum §. Licet... 55 Quod si sit positio? Gloffa magna & magistra in cap. 1. de concess. lib. 6.

positio enim, ut articuloz, & subicit rationem superius... 60 Secunda in definitione dixi, simplex, nam positio non debet...

- 72 Si tamen respondeat, & confiteatur, sibi praedicta.
73 Positio debet esse affirmativa, & non negativa, & num. 74.
74 Negativa regulariter non est probabilis.
75 Positio negativa nihil ponit, sed removet.
76 Nec dicitur positio, sed interrogatio, nisi quatenus habeat implicitam affirmativam.
77 Carentia, & non existentia, an & in quo differant.
78 Negativa in subjunctivo est probabilis.
79 Positio negativa, an & quando sit respondendum.
80 Quid si negativa sit coactata.
81 Et quid si positio negativa non coactata sit de facto, contra quem ponitur.
82 Nihil est in probatione, quod prius non sit in natura.
83 Positio negativa non coactata de facto alterius, an debeat respondere.
84 Et quid si sit mixta de facto partim proprio, & partim alieno, num. 74.
85 Raynerius Jacobi Butrigarii Padoagogus, & transferri.
86 Positio negativa si aequitas suadeat, hodie admitti possunt, etiam si alias probatio non possit, quam per confessionem partium.
87 Positio duplici, vel multiplex factum continentem non est respondendum, nisi dividatur, vel declaratur.
88 Positioem multiplicem negans, an videatur singula negare.
89 Positio generali, obscure, inserta, implicita, aequivoce, captiose, vel alternativa responderi non debet.

Olim non per positiones, & responseiones, sed per probationem in iure propolitam, & responseionem lectam ut litis contestatio, qua omnia, nullus est processus. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primo ponit processum iudicium, & ipsorum relationem. Secundo ipsum processum decernit irritum, & rationem reddit. Secunda ibi Procuratoribus.

Nota primò ex principio textus, ibi, excommunicationem sententia. Capitulum, & sic Universitatem posse excommunicari: nam ut patet in compilatione antiqua, & recitat hic Jo. Andr. & Abb. ambo a. 2. Capitulum Sancti Quirini irrogaverat injurias Episcopo Navienti, & Episcopus propter ejusmodi injurias illud excommunicavit, & ita olim excommunicabatur Capitulum secundum eos, & Butr. a. 6. in secundo opposuimus. Sed hodie in Universitatem, vel Collegium facti non potest sententia excommunicationis, sed in singulos tantum de Universitate, vel Collegio, quos culpabiles esse constiterit, ut est expressum in cap. Romana, §. In Universitatem, de sent. excomm. lib. 6. & forte olim hoc fiebat de facto potius, quam de jure, nec contrarium probat hac littera, quia simpliciter sacrat factum. Subdit tamen Butr. quod si Capitulum eorum hodie excommunicetur, tener sententia: & fuit opinio Bernardi, quam tamen reprobat Host. Archid. Joan. Monach. & Jo. Andr. ut notatur in d. §. In Universitatem, in gloss. in ver. Penitentia, & Marian. Socin. in c. Multiterreni a. 2. qu. num. 15. infra de sent. excomm. Pro quo facit littera d. §. In Universitatem, ibi, penitus prohibemus. De hac materia scripti plene in cap. Responso, eodem tit.

Secundo nota litis contestationem fieri per petitionem in jure propolitam, & responseionem subsecutam. Idem habetur in cap. Dudum, il. secundo, vers. Licet autem supra de electis Nam ut definitur hic, litis contestatio est negotii principalis hinc inde apud iudicem facta narratio, & subsecuta responseio: & fuit definitio Fulgii, Azonis, & Tancredi, quam secuti fuerunt fere antiqui omnes usque ad Hostiensem, ut ipsemet testatur hic num. 1. & Marian. Soc. supra in rubr. cod. de verum Host. hic, & in Summa hoc tit. §. 1. dicit hanc descriptionem delitui; quia per positiones quoque apud iudicem narratur principale negotium hinc inde, & tamen per eas litis contestatio non inducitur, ut hic patet. Præterea abundant illa verba, & subsecuta responseio, quia implicite continetur sub dictione illa, hinc inde. Unde Hostien. ponit aliam descriptionem, videlicet litis contestatio est fundamentum iudicii per petitionem in jure propolitam, & congestam responseionem in jure propolitam, & congruam responseionem lectam animo contestandi litem factam, quo omisso si in figuram iudicii procedatur, venatur inanis laboribus, & sumptibus litigantæ: & sequuntur hic Joan. Andr. Butr. Cardin. Imol. Jo. de Anan. & omnes DD. teste Mariano Socino ubi supra. Quæ tamen definitio, seu descriptio peccat in eo, quod descriptio contestationem litis per animum contestandi litem, & adhuc ignoratur quid sit litis contestatio, & sic desinit idem per idem: quo vitio etiam laborat descriptio prolixior, quam ponit Marian. Socin. locis citatis. Ac præterea omnino extrinsecum, & accidentale est, ut omnia litis contestatione, litigantes venentur inanis laboribus, & expensis. Ac definitio si litis contestatio est fundamentum iudicii, necessario sine sequitur, ut eo omisso processus sit nullus, & consequenter

- 79 Positio juris, id est, de casu legis, vel glossæ non admittitur.
80 Fallit in iure consuetudinario, vel municipali.
81 Positio omnino impertinens non debet admitti.
82 Positio pertinet quæ dicitur.
83 Positio de qua habitatur num sit pertinet, an & quando sit respondendum.
84 Positioes non sunt in criminalibus, nec recessus respondere habetur pro confessio.
85 Positioes criminales, an & quando sit respondendum.
86 Positioes medio iuramento iudici in scriptis offerenda.
87 Positioes, an & quando responderi possit per Procuratorem, vel cum præsentia Advocati.
88 Reus super positioibus à quo sit interrogandus.
89 Positioes in quo differant ab articulis.
90 Articulus quid sit.
91 Testes super articulis debent deponere de scientia per sensus corporeos, non autem de credulitate.
92 Positioibus an responderi possit per verbum credit, vel non credit.
93 Et an huiusmodi responseio censetur de credulitate, an de veritate.
94 Et quid ad effectum, ut incurrat perjurium.
95 Advocatus qui docuit clientulum falsam respondere, tenetur parti damna resarcire.
96 Advocatorum prova suspensiva in positioibus negandis.

supervacaneum fuit addere illa verba, quo omisso, &c. Unde facti fuisset sic describere, videlicet, litis contestatio est fundamentum iudicii per petitionem in jure propolitam, & congruam responseionem lectam animo litigandi.

Et primo dictum est fundamentum, quia litis contestatio est litis eorum, & principium cause, ut legitur, & notatur in cap. Super questionem, §. Intentionis supra de offic. deleg. ita ut antea non dicitur litis mota, cap. Ex parte, il. 2. in fine de verb. signific. Bald. conf. 150. Causas actualiter nu. 2. vers. Ex quo apparet lib. 2. nec dicitur, 7 quis petere velle, ut l. Amplius, ff. Rem rat. habet. & sic litis contestatio dat principium inlinitæ, ut curat Roman. conf. 147. Amplissime Doctor num. 4. & 5. Alex. conf. 147. Vistina. 10. vers. Non obstant lib. 6. Quod nota pro intelligentia Concilii Tridentini in cap. Causa omnes 20. ff. 24. Cuiusque autem rei postissima pars est principium, l. 1. ff. de orig. jur. Unde litis contestatio non solum est de processu, sed lapis angularis iudicii, & fuit dictum Baldi hic num. 2. & 9 in cap. Dudum, il. 2. num. 20. supra de elect. Oldrad. conf. 12. 2. 2. Quæstio est prima in princip. Sicut autem materiali edificio ruina imminet fundamentum omisso, & limitat spirituali, cap. Cum Petrus 1. qu. 1. c. fin. 48. dist. c. Veniens infra de Prebit. non habitis, & sic edificio iudiciorum, secundum Hostien. Unde non mirum si Papa hic, & in dist. cap. Dudum, §. Licet autem, propugnet processum irritum ex eo, quod litis contestationem non inveniret esse factam. Itaque sententia lata sine non contestata est ipso iure nulla, cum litis contestatio sit de substantia iudicii, 1. Prolatum, & ibi Butr. Cod. de sent. Bald. conf. 326. Quamquam super nu. 3. in fine, vers. Sed dicendum est lib. 3. adeo ut etiam dicitur 12 transivisse in rem iudicatam, eo quod fatalia sunt delicta: nihilominus non sint exequenda, si ex processu appareat litem non fuisse contestatam, Bald. conf. 225. In causa veritate in princip. lib. 5.

Secundo dictum est per petitionem, quia sine illa non fit litis contestatio, ut hic & in d. cap. Dudum, unde si in libello fieret sola narratio absque petitione & conclusionem tunc per responseionem non intelligeretur litis contestatio facta, ut per Rotam dec. 12. aliis 2. in tit. de lit. contest. in novis num. 3. & Butr. hic post Host. num. 13. adeo ut neque ex productione actorum verè, vel interpretative litis contestatio oriri possit, si nulla præcesserit petitio, ut dicit Rota apud Card. Seraph. dec. 695. num. 8. & petitione omnia iudicium est nullum, Raphael Cuman. conf. 85. Quamvis de iure num. 3. usque in finem. Stat ergo regula, ut per responseionem ad libellum narratam non inducatur litis contestatio, ut hic per Butr. d. 1. vers. Remanet ergo regula. Fallit primò coram Papa ut servat Curia. Secundo fallit in causis electionum, in quibus non exigitur litis contestatio. Tertio fallit in aliis causis spiritualibus. Quarto fallit, quando inter Religiosos agitur. Quinto fallit, secundum aliquos in libello in possessorio, ut latius per Bartrium supra, & Abb. num. 20.

Tertio dictum est, propositam, id est in scriptis proferendam quia actor admitti non debet ad litigandum, nisi libello in scriptis profero, ut in cap. 1. de libell. oblat. & aliter non fit litis contestatio, Host. hic num. 1. vers. Et tertio dicit per petitionem, & alii communter; licet Butr. hic num. 27. dicat litis contestationem fieri posse etiam sine scriptis allegat

- allegat cap. Relatum, de Offic. Deleg. l. 1. ff. eden. & Specul. de lit. contest. §. 1. vers. Sed nunquid num. 23. ubi tenet litis contestationem fieri etiam ad interrogationem partis: faceret tamen Butr. exigere libellum. Sed hæc non commutatur, ut litis contestatio exigat libellum, & fieri possit sine scriptis.
17 Inquid dictum est, in iure, quia extra iudicium non fit litis contestatio, §. Offeratur 3. q. 2. e. 1. supra tit. proximo, & l. voluit, ff. de interrog. act. alioquin ut Host. inquit, quodcumque ruitur peteret aliquid ab alio extra iudicium, diceremus litis contestationem fieri, ruitio à quo petitur hoc negante, quod esset ridiculum. Itaque oportet libellum in iudicio porrigere, ut in d. c. 1. de libell. oblat. & in Authen. Offeratur, & ibi notat gloss. 1. & Cin. in fine questionis, §. de lit. contest. Nec sufficit libellum transmittere ad domum rei, nisi petitio postea in iudicio rejiceretur, ut post Abb. notat hic Marian. Socin. in oblatio principalis articulo num. 52. Et quia arbitraria reddita sunt ad iudicium iudiciorum, l. 1. ff. de arbit. glossa in rubr. infra eodem tit. & in cap. Cum dilectus in ver. Nisi de his: idcirco coram arbitris iuris fit litis contestatio & ex ea refutatio omnes iuris effectus, qui ex vera, vel interpretativa litis contestatione oriuntur, ut per Specul. de lit. contest. §. Nunc tangamus num. 2. Oldrad. conf. 176. Fallum tale est in 1. quæst. num. 1. Bartol. in l. Cum actus numer. 7. & ibi etiam Bald. num. 11. cod. de arbit. & resolvit Rota coram Cardinali Seraphino decis. 6. 7. num. 3. licet fecisset eorum arbitrorum, ut ibi per Rotam, & Oldrad. ubi iustitiam esse defendit, & non convertibilem cum suo definito, ad leg. Omnis definitio, ff. de regul. jur. junctim l. 1. ff. de dolo. Imò enim verba illa, in iure verificari possunt tam in contestatione litis, quam fit coram Iudice, quam in ea que fit coram arbitris iuris, ut prædicimus.
22 Quinto dictum est, responseionem, quia sola petitio, & libelli oblatio non inducit contestationem litis, nisi sequatur responseio rei, ut probat textus noster, & cap. Dudum, §. Licet autem de elect.
23 Sexto addit et particula, congruam, quia non sufficit quatuorvisque responseio, sed oportet ut sit relativa ad libellum ut notat Bald. in cap. Dudum, il. secundo num. 19. supra de elect. non enim sufficeret, si reus diceret; Volo litigare cum adversario & non contradiceret petitioni; argum. l. Rem novam, cod. de Iudic. quia nescitur, an contradiceretur, vel negaret petitam, ut hic tenet Innocent. numer. 3. vers. Sed tamen. Et dicitur congrua responseio etiam de jure, ut si petam à te fundum, quem promissisti, vel vendidisti, & tu respondeas non contra diceret petitioni; sed de jure non debetur fundum, quem tu petis: nam cum actio sit ius petendi in iudicio, quod tibi debetur, id est de jure, Institut. de action. in specie. eadem ratione & desensio, sine responseio rei legitima est: Quod petis tibi de jure non debetur, secundum Innocent. hic num. 2. Hostien. n. 26. 5. vers. Hoc autem notandum, & alios communter. Similiter congrua est responseio si reus dicit, Nego narrata, prout narratur esse vera; quia videtur responseio super toto; & ideo facta est litis contestatio, ut notatur in l. 1. ff. quar. rer. act. non datur, & in cap. Cum ad Sedem, de restit. spohat. Et tenet Cin. in l. 1. in 4. quæst. cod. de lit. contest. Bald. in dist. cap. Dudum num. 18. Raphael Fulgii, conf. 138. in questione in rem. & conf. 160. Joannes & Gorius num. 4. & ita communter tenent testatur hic Joan. de Imol. num. 10.
27 Tutius tamen est respondere, nego narrata, prout narratur, & petita prout petatur esse vera, secundum Bald. loco citato, & ita servant causi procuratores. Unde litis contestationem induci, quando parte citata, & productis iuris Procurator ex adverso allegat quædam, contra tenet Aretin. conf. 30. num. 10. vers. Quia imò, & dixit Rota coram Cardin. Seraph. decis. 920. num. 2.
28 Quin imò fit etiam litis contestatio si reus respondendo dicat, tu mentiris, vel quid simile, ut tenet Guill. de Cun. in l. unic. cod. eod. nam est legitimus, & non con vitio certandum sit, ut l. Quisquis, 2. cod. de postul. & quod calore iracundie dicitur, pro non dicto habetur, cap. Ex litteris infra de divort. & l. Quod calore, ff. de regul. jur. tamen ejusmodi verba utcumque expressiva conventioni nature negotii, de quo agitur, exemplo exheredationis, quæ valet, etiam si fiat verba contumeliosa, & turpibus, ut l. 1. in princip. ff. de lib. & posthum. Cæ enim hoc intellige, dummodo reus prædicta verba proferat in responseione ad libellum, & in tali responseione persillat. Si verò animo non respondendi & potius colore iracundie; inspicendum est tempus, & gestia & alia que considerari solent ad iudicandum de animo, ut leg. Dulam, cod. de dolo, & cap. 2. de resur. lib. 6. & ita opinione Guill. declarat Abbas hic in 5. quæst. numer. 28. causæ declaratio placet Fulgii in II. Lib. Decretal.

Mariano Socino num. 85. & mibi. Generaliter autem congrua dicitur responseio ad litem contestandam, sive negando, sive confitendo, ut dicit glossa hic & ita non solum per negationem, sed etiam per confessionem fit litis contestatio, & per talem confessionem reus condemnatur, leg. Julianus, ff. de confess. & tenet glossa in cap. Dudum in ver. Responseionem supra de electis. Bald. in l. Si reus, ff. de Procurat. Cardin. in Clemenc. Saye in 26. quæst. de verbor. significat. & est communis opinio, ut hic testatur Joan. de Anan. num. 6. & Felin. nam. 5. Sed tu distingue: nam aut reus confitetur ante libelli oblationem, aut post: Si ante, non fit litis contestatio cum ad illius substantiam requiratur, ut præcedat petitio in scriptis, seu libellus, ut ostensum est supra num. 16. & seqq. Ita Specul. de lit. contest. §. Nunc dicamus, vers. Sed si reus non negat num. 11. Unde hoc casu non fertur definitiva, sed Iudex præcipit reo ut solvat intra certum tempus ut l. Aut Prætor. §. Permittitur, ff. de minor. & l. Si debitor, ff. de Iudic. Et huiusmodi præceptum, cum non fiat in figura iudicii, non appellatur sententia, sed simpliciter præceptum, ut notat glossa singularis in leg. Cum non solum in §. Necessitate in ver. Imponenda circa mod. vers. Potest distinguere de bon. qua liber. gloss. in dist. cap. Dudum in ver. responseionem. Quod dicit esse menti revertendum Bald. hic num. 4. vers. Ant est dubium. Si verò reus confitetur post libelli oblationem, & sic in figura iudicii, tu e subdistingue tres casus: Primus est, quando confitetur quia non vult litigare & sic animo declinandum iudicium, & manifestum est non fieri litis contestationem, ut d. l. Si debitor, ff. de Iudic. leg. Si reus, ff. de Procurator, & l. Si domus, §. Qui constituit, ff. de legat. 1. & tenent glossæ præallegatæ Baldus in lege. Unica Codicis de litem contestatione & Felinus hic numero quinto & est ratio, quia sine animo litigandi non fit litis contestatio, ut dicam infra in explicatione ultimi membri definitionis. Dicit enim lex, per narrationem propositam, & contradictionem obiectam fit litis contestatio, leg. Rem novam, §. Patro, C. de iudic. Qui autem confitetur sine animo contestandi litem non contradicit, sed potius confitetur actori. Secundus 33 est, quando reus post oblatum libellum confitetur, sed tamen intendit litigare, quia sua interest in causa procederet & absque dubio fit litis contestatio, l. At qui natura, §. Cum me abste, ff. de negot. vel. & ita procedit textus in præalleg. l. Julianus, ff. de confess. ubi contra reum contententem fertur definitiva, ut per gloss. in dist. cap. Dudum in ver. Responseionem, de elect. notabile exemplum ponit hic Hostien. num. 14. ubi cum Lugduni in quadam causa libellus ineptè formatus fuisset, consulit ut reus responderet, confiteatur proposita in libello; sicut proponitur, & dico petitionem fieri non debere; & ita per confessionem animo litigandi, quia sua intererat in causa procedere, fuit facta litis contestatio: & suadet Hostien. omnes fuerunt stupidi quando audierunt talem modum contestandi litem. Tertius denique casus est, quando reus confitetur, & est dubium, 35 an hoc fecerit animo procedendi in causa necne: & Bald. in dist. leg. Unica, tenet hoc tertio casu litis contestationem fieri per talem confessionem in figura iudicii emanantem: & idem tenet hic num. 4. ubi dicit in dubio fieri contestationem si reus confiteatur oblati libello, & per eum recepto, & dicitur inductus deliberationis. Sed in hoc contrarium tenet Imola in l. Si dominus, §. Qui constituit, ff. de legat. primo, ubi dicit servandam esse mentem contententis, si de illa cogit, sed si non cogit, non fieri litis contestationem alleg. gloss. l. Proinde, §. 1. ad l. Aquil. & in §. Suscepto, in Authen. de exhiben. rei, & in dist. cap. Dudum, & hoc ipsum tenet Imola hic, cujus opinio verior videtur: in dubio enim reus non est credendus confiteri animo litigandi, nisi forte ultra confessionem in aliquo contradicat, ut in exemplo Hostienis, vel si dicat, fiteor narrata, sed nondum venit dies obligationis: & hoc sequitur Felin. hic num. 5. & est ex mente Rote decis. 6. num. 1. de lit. contest. unis 36 354. quæ incipit: Si dato libello in nov. ubi decidit litis contestationem induci per responseionem factam ad libellum partem ipsius confitendo, & partem negando. An autem congrua sit responseio ad litis contestationem inducendam si reus dicat, credo me non debere, vel debere; vel si dicat nec scio, nec credo, vel non presumo, vel dubito, vide hic per Marian. Socin. in 8. quæst. princ. num. 77. & seqq. Septimo sequitur in distinctione verbum illud, fecitiam; 37 quia non requiritur, ut responseio rei sit parte præsentem, & incontinenti post oblatum libellum, sed fieri potest etiam parte absente, & ex intervallo, ut tenent Domini de Rota in præalleg. decis. 6. de lit. contest. ubi formaliter dicitur sic: Si dato libello per actorem contestatur reus ad respondendum libello, & reus respondet constando partem, & partem negando, licet tempore huiusmodi responseionis rei actor nihil dixerit, vel etiam præsentem non fuerit, dicant Domini omnes litem contestationem fore factam ex utraque parte, quæ

non illi ex Antiquis contraxerunt; tamen hac est communis opinio, quam sequitur hic Tancredus, & Hostiens. *sub. num. 2. in ver. Contrahatur*, Joan. Andr. *num. 3. & Bald. in fin. Butr. num. 9. & Abb. num. 2. & 4.* dicens sic transe hie omnes Doctores, & probatur irrefragabiliter in hac Decretali, dum dicit esse consuetudinem Ecclesie Romane, ut Matrimonium quocumque tempore contrahatur consentu interveniente legitimo de presenti, sed nuptiarum solemnitas certis temporibus prohiberi: unde patet non esse audiendos Modernos Collectores *hic num. 3.* asserentes Matrimonium temporibus prohibitis posse contrahi, scilicet validè, sed tamen contrahentes mortaliter peccare; ablie enim Romana Ecclesia, a cuius regula nemini licet deviare, approbat consuetudinem pravam & nutritivam peccati, *cap. Quis veiat 11. dist. 11.* Unde hanc sententiam merito approbavit S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ut infra dicam *in fin.*

3. Tertio nota ibi, *posterior sententia meliori nititur ratione*, in diversitate opinionum quarum una sit probabilis & altera probabilior, sequendam esse probabiliorē, seu meliorem rationibus falcitam, ut hic per Abbatem *num. 3.* inferentem ex hoc ut non sit habenda ratio persone illam opinionem foventis, nec multitudinis Doctorum, qui illam sequuntur, cum saepe unius forsitan & deterioris sententia possit multos & majores in aliqua parte superare, ut dicit textus ad hoc notabilis *in l. 1. §. Sed neque, cod. de veter. jur. evulcan.* & hoc servat Rota, quæ in concursu opinionum non tam movetur ex numero Doctorum, quam ex rationum momentis, ut dicitur *in des. 17. num. 4. part. 7. recent.* Quod si opiniones in utramque partem sint æque probabiles, minime licet utramlibet sequi, ut dixerunt multi ex recentioribus, sed omnino eligenda est tutior etiam in foro conscientie, ut validissimis rationibus, & auctoritatibus probavi *in cap. Ne innitatis supra de consuet. ubi reperies hanc materiam electionis probabilium opinionum plenissime examinatam.*

4. Ultimo nota *in ver. Quia tamen*, & signa tempora in quibus jure veteri inspecto solemnitates nuptiarum interdicitur, de quibus hic, & *in cap. Non oportet 1. & 2. & in cap. Non licet & in cap. Nec uxorem 33. quest. 4.* videlicet ab Adventu Domini, id est, à prima Dominica in Adventu secundum Hostiensem *hic in principio*, usque ad Epiphaniam à Septuagesima usque ad octavam Paschatis & à diebus Rogationum usque ad octavam Pentecostes. Dixi, jure veteri inspecto, quia jus novissimum Concilii Tridentini *in cap. 10. sess. 24. de reformat. Matrim.* hac tempora Feriarum ex parte temperavit præcipiens, ut ab Adventu Domini usque in diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum usque in octavam Paschatis inclusive antiquæ solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observentur; in aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit. Ex quibus verbis sublate sunt veterum Doctorum alterationes, numquid octava Epiphaniæ, & ultima dies octavarum in prohibitione includantur, ut videre est apud Hostiens. *hic in princ. & Silvester. in ver. Matrimonium 7. quest. 2.* nam Concilium dum dixit usque in diem Epiphaniæ, utique exclusit octavam: & dum subjunxit, inclusive, tam ipsam diem Epiphaniæ, quam diem octavæ Paschatis comprehendit; quia illud verbum, *inclusivè*, ad utrumque tempus est referendum, cum nulla subest ratio diversitatis *arg. l. 1. de liber. præter & l. fin. ff. de reb. dub.*

6. Sed quaeritur, quæ sint solemnitates nuptiarum, quæ prædictis Feriarum temporibus ab Ecclesia interdicitur. Conveniunt omnes, his temporibus prohibitas esse nuptiarum Benedictiones, de quibus habetur *in cap. Alter 30. quest. 8. ibi Sacerdotaliter ut mos est, cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur.* Et in Concilio Tridentino *cap. 1. ibi: Benedictionum in Templo suscipiuntur, sess. 24. de reformatione Matrimonii*: adeo ut sit culpa letalis hæc Præcepto contravenire, ut consent Petrus de Palude *in 4. sent. dist. 32. quest. 1. art. 4. num. 20.* Joannes Friberg, in Summa Confessorum, *lib. 4. tit. 17. quest. 1.* Sanctus Antonius *in 3. parte tit. 1. cap. 17. post principium.* Silvester in verbo *Matrimonium 7. quest. 2. in primo dicto.* Navar. *in Manuali cap. 22. num. 71.*

7. Similiter Nuptialia convivia his temporibus Feriarum prohiberi satis constat *ex cap. Nec uxorem ibi: Nec convivium facere 33. quest. 4.* & hic notant Abbas Antiquus *num. 1. in verbo Nuptia & Abbas Sculus num. 4. versiculo Quod Nuptialia convivio*, glossa ultima *in cap. Non licet 33. quest. 4.* ibi: non debent celebrari, ut sicut ibi convivio & interlun histriones & mimi; & glossa in capite *Vir cum propria §. Hinc etiam* ibi 3 sed prohibetur Nuptialia convivia eadem causâ & quaestione.

8. Sed & traditionem uxoris ad domum viri his temporibus esse interdicitam satis liquet *ex dicto cap. Nec uxorem*; nam verba illa *Nec uxorem ducere* communiter exponuntur: id est traducere, ut per Abbatem *hic num. 4. versiculo Et primo*

adducto *ibi: ducere*, id est ad domum; & Silvester in verbo *Matrimonium septimo sub num. 2. versiculo dabitur secundum.* Rationem reddit Divus Thomas *in 4. sent. dist. 32. quest. 1. art. 5. quest. 4.* Quia quando novæ sponsæ traducuntur; animas conjugum magis ex ipsa novitate ad curam carnalium occupatur: & ideo in nuptiis observantur signa maritalitatis dissolutæ ostendi; & propter hoc illis temporibus in quibus homines præcipue debent se ad Spiritualia elevaré: prohibetur esse nuptias celebrari.

In hoc tamen est discrepantia inter Doctores, quia nonnulli arbitrantur solam traditionem quæ fit cum solemnitate esse interdicitam. Et hujus sententia sunt Goffredus in Summa *tit. de Matrimonii Contractu contra interdicitas Ecclesie num. 2.* Tancred. & post eum Hostiens. *hic num. 2. in fine & in juramento in dicto titulo de Matrimonio contra interdicitas Ecclesie num. 3.* Angel. in Summa in verbo *Matrimonium tertio impedimento 2. ad finem* & alii quos novissi refert & sequitur Sanchez asserens hæc opinionem esse veterem in tractatu de Matrimonio, *tom. 2. lib. 7. dist. 7. num. 16. versiculo Secunda sententia.*

Sed quidquid dicant isti: tenendum est quancumque traditionem uxoris ad domum viri supra scriptis temporibus esse prohibitam; tum quia textus in dicto cap. *Nec uxorem 33. quest. 1.* simpliciter dicit uxorem ducere; atque ita interdicitur ibi non tantum solemnitas, sed etiam traductio; tum quia etiam cessantibus convivio & aliis solemnitatibus: militat ratio Divi Thomæ, quod ex ipsa novitate traditionis animæ circa carnalia & voluptuosa occupetur; tum denique quia cum Feriarum tempore prohibita fit copula carnalis, ut inferius patebit; est etiam prohibita traductio privata per quam ad carnalem copulam pervenitur, ad glossam unam *in fine & Joannem Andream in principio in cap. Cum quis prohibetur de regulis juris lib. 6.* Sicut prohibito Matrimonio: censetur etiam prohibita sponsalia per quæ pervenitur ad illud, ut lege *Oratio, ff. de sponsalibus*; & prohibita copula, prohibetur etiam cohabitatio, *cap. definitum & ibi bona glossa in verbo Intercepto 18. quest. 2.* Quamobrem traditionem esse prohibitam, simpliciter & indistinctè tenet glossa *in cap. Vir cum propria §. Hinc etiam ad finem 33. quest. 4.* & hic firmat Cardin. circa finem & Abbas *num. 4.* & censuit Sacra Congregatio Concilii, ut inferius patebit in fine. Sed & Provinciale Concilium Mediolanense quantum in rubrica *Quæ ad Matrimonium pertinent, §. Ne quis tom. 4. Conciliorum parte 2. paginæ 544. col. 2.* sub pena interdicti ab ingressu Ecclesie ipso facto incurrenda statuit quæ statuta temporibus quibus nuptiarum solemnitates celebrari interdicitur est: domum sponsam traducat aut nuptialia convivia celebret; aliave ejus generis vetita agat. Et in specie prohibitam esse traditionem etiam privatam & non solemnem: tradit expresse Silvester in verbo *Matrimonium 7. quest. 2. Post quintum dictum, vers. Dabitur secundum* & Summa Rosella in verbo *Impedimentum, impedimento 17. in principio & alii recentiores quos citat Sanchez dist. 11. dist. 7. num. 14. & ante eos Cardin. hic num. 2.*

Similiter quoad copulam carnalem: tamen Sanchez in prævia allegata disputatione *7. num. 23.* existimaverit temporibus ab Ecclesia statutis, nullatenus prohibendum esse Matrimonium consummare; idemque ante ipsum sentent Navar. *in Manuali cap. 22. num. 71.* Petrus de Soto *lib. 14. de Matrimonio, §. Hinc proximum est.* Cardinalis Bellarminus *lib. 1. de Matrim. cap. 31. ad finem, §. In altero & quidam alii ex recentioribus à Sanchez citati: tamen illorum rationes sunt valde infirmæ; & ratio Divi Thomæ superius considerata, ne statuta temporibus animas conjugum circa carnalia & voluptuosa occupetur: potissimum viget in consummatione Matrimonii; nam ut legitur Eccles. *3. Tempus amplexandi & tempus longè fieri ab amplexibus*: quare contra prædictos licet communis Canonistarum fere omnium sententia; nam glossa hic in verbo *Quocumque tempore.* Et ita, inquit, quolibet tempore potest Matrimonium contrahi; sed Nuptiarum solemnitas tantum his diebus, ne carnaliter conjugantur, prohibetur. Petrus de Sampson & post eum Abbas Antiquus *num. 1.* verbo *Nuptia*, exponit: id est solemnitates, ut convivio, halitudo & hujusmodi; & etiam quoad consummationem carnalem suspendi debent Matrimonia: unde si quis vellet illo tempore Matrimonium consummare: alter potest excipere contra illum Joannem Andream *num. 4.* exponit verbum *cebrari*: id est cum solemnitate & celebritate contrahi; vel celebris traductio vel consummatio fieri; & refert & approbat dictum Petri & Abbatis Baldi in fine. Nota, inquit, in isto capite quod in istis Feriis bene possunt contrahi Matrimonia quantum ad substantiam consensu; sed quantum ad copulam carnalem non. Butrius *num. 9.* querit quid prohibetur circa Matrimonium tempore Feriarum & solvit his verbis: *Dicit quod Matrimonii Contractus non prohibetur; sed Nuptialia solemnitas & copula actus; & sic prohibetur solemnitas Nuptiarum contrahendarum & copula vel consummatio.* Et paulo infra similiter probat dictum Petri & Abbatis Antiqui Cardinalis *num. 2. Quare*, inquit, *in eo quod dicit & primo**

de Nuptiis: quomodo hoc intelligitur? Quidam intelligunt de solemnitate: tu intellige de consummatione Matrimonii & sic etiam videtur quæ ducuntur sine solemnitate: non possunt hoc tempore duci: multi tamen non observant. Anchar. *num. 3.* Nota inquit, quid Matrimonium omni tempore celebratum tenet: ad tempus tamen suspenditur carnalis copula & sollicitudo, ut in Iuris allegatis in glossa. Imola *num. 1.* nota quod certa sunt tempora ferata in quibus non debent Nuptie celebrari: id est cum solemnitate & celebritate contrahi; sic celebris traductio vel consummatio fieri; & sic non prohibetur quod solo consensu omni tempore non possit contrahi Matrimonia vel Sponsalia de futuro, ut hic expresse dicitur; & totidem verbis idem dicit Joannes de Anania *num. 2.* Abbas Siculus *numero 4.* relatis aliorum opinionibus, sic ait: *Ego puto quod Matrimonium sine celebri solemnitate, licet possit omni tempore contrahi, quia in contrahendo nulla reperitur causa prohibitiōis, cum non fiat convivia, nec exercetur commercium carnale; sed tantum intervenit consensus de presenti, in quo nullum reperitur peccatum, imò est Sacramentum, ut in cap. Dubium de bigam. Et infra expresse dicit, etiam carnis commixtionem prohiberi his temporibus feriatis. Idem firmat gloss. un. in cap. Vir cum propria, §. Hinc etiam 33. quest. 4. Raym. in Summa in tit. de impedim. Feriar. in princ. Hostiens. in Summa in tit. de Matrim. contr. contra interdicit. Ecclesie. num. 3. post princip. Henric. Boic. in cap. fin. num. 3. de frigid. & malefic. Stephan. de Gaeta in repet. cap. Ad limina 30. quest. 1. §. 4. num. 549. in fin. Ex quibus patet, hanc esse unanimum Canonistarum sententiam, quam etiam tenuerunt ex Theologis Petr. de Palude in 4. sentent. dist. 32. quest. 1. art. 4. num. 20. Card. Cajet. in Summa in ver. Matrimonium cap. ult. §. in publico autem loco, S. Anton. in 3. part. tit. 1. cap. 17. in fin. Silvel.*

in ver. Matrim. 7. quest. 2. post dictum §. dubio 3. & alii relati à Sanch. 3. dist. 7. num. 21. eamque probavit Sacra Congregatio Concilii: nam proposito dubio, an Matrimonium coram Parocho quocumque tempore contrahi possit: Sac. Congregatio censuit posse contrahi quocumque tempore Matrimonium; sed temporibus comprehensis in cap. 10. sess. 24. de reformat. Matrim. nuptiarum solemnitates, traditiones ad domum & carnalem copulam prohiberi.

Quibus demum accedit auctoritas Concilii Tolerani celebrati a mo Domini 1473. Sub Sixto IV. in tit. *Quod non fiat nuptia, nec carnales commixtiones, nec solemnitates tempore à jure vetito, tom. 4. Concilior. part. 1. pag. 748. vol. 1.* Cujus hæc sunt verba: *Quia secundum legitimas Sanctiones non sit dubium eos in legem committere, qui verba legis amplecti contra eas nituntur voluntatem; & quia tempore, quo sacrorum Canonum decretis nuptiarum celebratio interdicitur & carnalis copula prohibetur, nonnulli lascivos habere & carnaliter commiseri, ac prorsus convivia publica, strepitus, & choreas facere, parentes quoque, & amicos invitare, & cum histrionibus & jocularibus solemniter nuptias celebrare, & ad Ecclesias sic accedere sperantque contingit: Nos contendentes, quod sacrorum Canonum intentio fuit non tam Ecclesie solemnitates & nuptiales benedictiones, quam carnales commixtiones prohibere; consuetudinem hujusmodi druellere cupientes, sacro approbante Concilio, commixtiones prædictas, strepitus, choreas, jocularitates & alias solemnitates, ac convivia temporibus, quibus solemnitas Ecclesie interdicitur & cessant, nuptiales benedictiones feri de cetero prohibemus, statuentes, ut qui contra hujusmodi nostræ constitutionis tenorem ausierit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Et nihilominus Clerici, qui præfatis nuptiis assistent, decem florenorum pœna puniantur.*



DE FERIIIS.

Gregorius IX.

CAPUT V.

Conquestus est nobis: & infra. Quamvis non prorogari, sed expediri deceat quaestiones; debet tamen judicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reverentiam Dei non solum esse statuti, scilicet Natalis Domini, Sancti Stephani, Joannis Evangelistæ, Innocentium, sancti Silvestri, Circumcisionis, Epiphaniæ, septem diebus Dominicæ Passionis, Resurrectionis cum septem sequentibus, Ascensionis, Pentecostes cum duobus qui sequuntur, Nativitatis Joannis Baptistæ, & Pauli, beati Laurentii, dedicationis beati Michaëlis, solemnitatis omnium Sanctorum, ac diebus Dominicis, cæterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis Diocæsiis cum clero, & populo duxerint solemniter venerandas; quibus utique solemnibus feriis (nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat) usque ad ead convenit ab hujusmodi abstinere, ut contentibus etiam partibus nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus hujusmodi promulgari. Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum vel messium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate.

SUMMARIUM.

- 1 Feriis introductis ob honorem Dei, & Sanctorum, nisi ob necessitatem, vel pietatem, judicium exerceri non possunt etiam de consensu partium, & num. 3.
- 2 Feriis favore hominum introductis possunt partes renuntiare.
- 3 Feriis Sanctorum sunt principaliter introducta ob reverentiam Dei.
- 4 Judex non debet in causis procedere, nec etiam citare diem feriatum.
- 5 Citatus in die feriata comparere potest.
- 7 Feriis introductis in honorem Dei partes renuntiare non possunt.
- 8 Feriis repensinis nequeunt partes renuntiare.
- 9 Feriis messium, & vindemiarum partes renuntiare possunt etiam tacite.
- 10 Arbitratur tenetur servare ferias solemnes.
- 11 Feriis in honorem Dei, partes compromittendo tanquam in arbitrium, renuntiare non possunt.

Sic ut si iniquum in arbitratorem, ibid. & n. 20.